



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

VII. An sint septem Sacmenta?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

frontibus eorum. Qui typi tamen rectius de vi Crucis accipiuntur, quam de charactere: signati illa saluantur omnes; non characterizati omnes.

QVÆSTIO VII.

An sint septem Sacra menta?

VIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI variant: Hi tamen ut plurimum duo solum adnumerant. Vide Lutherocal. p. 3. q. 17.

C H R I S T V S. Ego, sicut neque miracula mea, neque articulos fidei enumeravi in scriptura; ita nec Sacra menta. Neque de Nomine hæc appellauit vsquam, de Re ipsa sollicitus instituenda. Quin alia plura, quæ Sacra men ta vera non sunt, vocari tamen Sacra menta permisi; sed in certo significatu alio. Quare sat esse duxi instituisse signa sensibilia gratiæ insensibilis, habentis promissionem annexam. Et hæc talia sunt omnino septem.

I. BAPTISMUS Ritus: est, Eph. 5. *Lauacrum aquæ in verbo vite.* Institutio & mandatum. Mar. vlt. *Baptizantes eos.* Promissio. Mat. vlt. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.*

II. EUCHARISTIAE Ritus: Mat. 26. *Accipit panem, &c. &c.* Institutio & mandatum: *Hoc facite.* Ioan. 6. *Nisi manducaveritis. &c.* Promissio: Ioan. 6. *Qui manducat hunc panem, vivet in eternum.*

III. CONFIRMATIONIS Ritus, Act. 8. & 19. *Manuum impositio.* Effectus gratiæ ibidem, *Spiritus sancti collatio.* Institutio & mandatum indidem colligitur ex tam confidente Apostolorum Imposi-

tione manuum. Neque enim hominis esse sciebant instituere, vt Spiritus S. daretur. Vnde Petrus & Ioannes abierunt Ierosolymâ Samariam, vt manus imponerent, & orarent, ac vngarent.

IV. POENITENTIAE Ritus, Ioan. 20. *Quorum remiseritis. &c.* ritu iudicali extero. Promissio: *Remittuntur eis.* Mandatum: *Sicut misit me Pater, & Ego MIT-TO Vos.*

V. ORDINIS Ritus, Manus impositio: 1. Tim. 4. *Noli negligere gratiam, quam in te est, que data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.* Sic 2. Tim. 4. *Resistettes gratiam, quam est. &c.* Institutio & mand. Eph. 4. *Ipsæ dedit quedam quidem Apostolo, lios Evangelistas. &c.* Promissus effectus: *Gratia, quæ est in e* Ex promissione enim tam fidenter affirmabat.

VI. MATRIMONII Ritus est Contratus v. sibilis, Institutio & mand. Mat. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Promissio: Eph. 5. *Sacramentum hoc magnum est.* ego autem dico in Christo IESV & Ecclesia. &c. 2. Cor. 10. *Despodi enim vos viri viro. &c.*

VII. EXTREMÆ UNCTIONIS Ritus, Iac. 5. *Orent super eum, ungentes eum oleum in nomine Domini.* Promissio: *Et alleluabit eum Dominus. & si in peccatis fuerit, dimittetur ei.* Mandatum colligitur ex confidentia docentis ac iubentis Apostoli, freti ius su Christi.

II. DE BAPTISMO.

QVÆSTIO VIII.

*Quæ sit Materia, & forma Ba-
ptismi?*

IX.

